Argentinensium ante ps una. scilicet
Zornonum Friderico. Alia vero. scilicet
Mulnheimensium Ludowico favebat.
Et cum Argentinenses prius Fridericum recepissent. nunc in civitati Ludowicum
cum multis armatis ingredientem et
cito egredientem more regio in maiori ecclesia receperunt. qui et ipse eorum privilegia confirmavit. Anno domini M.
ccc. xx. de mense Augusti. Fridericus
autem cum in Alsatia de congregacione
Ludowici intellexisset cum paucis. cum
spadonibus velocissimis acceleravit
ad Renum. veniensque Renum Augustam intellecto discrimine fratris properavit ad
ipsum. et appropinquantes acies Ludowici quas
credebant Lupoldi recedentes parallelam viam ad aciem Lupoldi venerunt. qui amplexans fratrem pre gaudio flevit amare. dicens. o domine mi
quare me tam diu periculo dimisistis.
Et distabant acies in plano campo ab
invicem. non ad quartam partem miliaris
ad conflictum parate. gens autem
Lupoldi abductis equis. + balearia retineret. gavisique sunt de Friderici
adventu. dicto autem in acie Ludowici
de adventu Friderici. nullus est miles cum conductu ad temptandum. pretendebant enim inferiores se nolle confligere cum Lupoldo. cum eo victo sine
negocii non haberent. Adducto autem
milite coram Friderico. dixit Fridericus milici. dicito avunculo meo
me esse hic ad conflictum paratum.
Et tempus esse ut fine guerre nostre
nostris fidelibus faciamus. Et cum iam superiores in Augusta et Tremore fuissent eo quod inferiores nobilissimam
habentes miliciam eyagmatas tam
gladiis se istos simulabant minasuros. ecce reversi sunt ultra Bruscam
quanto citius poterant descendentes. quos
isti per biduum sunt secuti.

+ se paravit ad pugnam clamatumque fuit
sub pena capitis ne quis +

De obitu Walmari marchionis Brandenburgensis. a.

Eisdem temporibus Anno decimo nono de mense
Julii. obiit Wolmarus marchio Brandeburgensis. absque liberis. Marchionatus dispositione ad imperium devoluto. fuitque cum
magna lamentacione manifeste sepultus
quem postea ad xxviii. annos usque quidam
dixerunt. de quo marchionatu predictus Ludowicus princeps postea Ludowico filio suo
primogenito providit de quibus ita dicetur.

De clas Episcopatus Constanciensis.

Mortuo quoque eisdem temporibus Gerhardo b.
de Benar episcopo Constanciensi et clas
in discordia et in curia Romana litigantibus
de Clingenberg preposito et Heinrico
de Wertenberg canonico Constanciensi. ydem quod
per sinam debent excludi. et spes esset de
machia custode Monasterii Morbacensis.
ordinis sancti Benedicti Basiliensis dyocesis
fratre Hugonis comitis de Buchegge sutoris
Roberti regis Cecilie post exclusionem electorum promovendo. ecce moritur Petrus archiepiscopus Moguntinus. quo intellecto in curia
Johannes papa ad preces predicti Roberti regis
ob servicia predicti Hugonis eidem Mathie de Buchegge dilecto coram ducibus
Austrie de Moguntino archiepiscopatu providit.
Qui descendens Moguncia honorifice
est receptus. qui ipsam ecclesiam quindecim tantum
annis potentissime gubernavit. cui in
magnanimitate et virtutibus silis non est
visus. Exclusis autem predictis clas. Rudolfus de monte forti per ipsum papam ad Constanciensem ecclesiam est promotus. Cui